STUSAKT

21/3
131.

Nunziatura Apostolica
— Lettonia. —

N. 296/31.

Riga 11. martii 1931.

A. Reverendo D. Administratori paroeciali
Derpati.

Hisce tibi facultatem impertimus, ut matrimonia mixta nulla tantum ex defectu formae convalidare possis dispensando ab impedimento mixtae religionis et partem catholicam absolvendo, si casus ferat ab excommunicatione multiplici Nobis reservata iuxta can. 2319. §1. iniunctis iniungendis et cauta educatione catholica prolis.

Nomina personarum cum omnibus necessariis de more indicationibus et cum nota impedimenti sublati ad Nos intra hebdomadam a peracta convalidatione transmittenda sunt.

Haec facultas, quam auctoritate apostolica tibi concedimus, usque ad annum 1932 exclusive valebit.

Datum ex Apost. Nuntiaturae Residentia Rigensi die, mense et anno quo supra.

+ Antoninus Zecchini
Apost. Nuntius. etc.

11.03.1931



Nunziatura Apostolica
— Lettonia. —

N. 306/31.

134

Nunziatura Apostolica
— Lettonia. —
Ad N. 296/31.

131

R. R. Clero Estoniensi.

Concedimus Tibi facultatem Nobis auctoritate apostolica commissam ut matrimonia nulla ob non servatam formam in casu mixtae religionis (non autem disparitatis cultus) et ubi pars acatholica induci non possit ad renovandum consensum iuxta leges Ecclesiae, sanare possis in radice. Haec autem sanatio in radice danda non erit, nisi assumptis a parte fideli obligationibus curandi pro viribus conversionem coniugis et educationem prolis in fide catholica, concessa eidem absolutione a censuris, si coram acatholico ministro matrimonium attentaverit, ipsaque monita de gravi patrato scelere.

Documentum huiusmodi sanationis in archivo paroeciali caute servandum erit ut omni tempore et eventu de matrimonii validitate et de prolis legitimatione constare possit.

Haec facultas usque ad finem anni valebit.

Riga 11. martii 1931.

NUNZIATURA APOSTOLICA DI LETTONIA

+ Antoninus Zecchini
Apostolicus Nuntius

Adm. Rev. Domino
D. Henrico Werling
Dorpati.

11.03.1931

134

nziatura Apostolica
— Lettonia. —

N. 306/31.

Riga 28 martii 1931.

A. RR. Administratoribus paroecialibus.

In actis infrascripti nil de taxa dispensationis ab impedimento matrimoniali mixtae religionis = in matrimoniis Revaliae contractis Ogińska - Sowa x), Niedzwieski - Sadowska et Sanders - Maindok = et in matrimonio Narvensi Litschenka - Ana xx) = nec de petita et obtenta taxae relaxatione habetur. Quapropter RR. Administratores paroeciales rogantur ut de hoc negotio huc scribere velint. Infrascriptus enim Sacrae Congregationi S. Officii et Subcongregationi de Sacramentis dispensationum concessarum et taxarum perceptarum rationem reddere debet.

Hac occasione infrascriptus RR. Administratores paroec. enixe rogat, ne in posterum unquam omittant in dispensationis petitionibus taxae mentionem facere aut pro facultatibus aut pro paupertate nupturientium partis vel integrae taxae relationem petere.

Addictissimus in Domino
+ Antoninus Zarchini
Apostolicus Nuntius.

Adm. Rev. Domino
D. Henrico Werling
Admin. paroec. et decanali
Derpati.

28.03.1931

nziatura Apostolica
— Lettonia. —

N. 306/31.

Riga 28 martii 1931.

A. RR. Administratoribus paroecialibus.

In actis infrascripti nil de taxa dispensationis ab impedimento matrimoniali mixtae religionis = in matrimoniis Revaliae contractis Ogińska - Sowa[x)], Niedzwieski - Sadowska et Sanders - Maindok = et in matrimonio Narvensi Litschenka - Ana[xx)] = nec de petita et obtenta taxae relaxatione habetur. Quapropter RR. Administratores paroeciales rogantur ut de hoc negotio huc scribere velint. Infrascriptus enim Sacrae Congregationi S. Officii et Sacrae Congregationi de Sacramentis dispensationum concessarum et taxarum perceptarum rationem reddere debet.

non exsecuta

" "

Hac occasione infrascriptus RR. Administratores paroec. enixe rogat, ne in posterum unquam omittant in dispensationis petitionibus taxae mentionem facere aut pro facultatibus aut pro paupertate nupturientium partis vel integrae taxae relationem petere.

Addictissimus in Domino
+ Antoninus Zacchini
Apostolicus Nuntius.

Adm. Rev. Domino
D. Henrico Werling
Admin. paroec. et decanali
Derpati.



11.04.1930



119.

NUNZIATURA APOSTOLICA
DI LETTONIA

№ 86/30

OGGETTO:

RIGA, 18 aprilis 1930.

Decretum.

Visis commendaticiis litteris A.R.D. Administratoris paroecialis Derpatensis N. I/5 d. 11 aprilis 1930 apostolica auctoritate dispensamus ab impedimento mixtae religionis catholicam Aemiliam Constantiam Meilin, filiam Ioannis et Annae n. Brzostek natam Mitaviae 27 nov. 1903 paroecianam Derpatensem uti in petitione, ut matrimonium contrahere possit cum acatholico Felice, Ernesto Alexandro Korths, filio Augusti et Hildegardis n. Danig etc. ut in eadem petitione servatis omnibus de iure servandis praesertim can. 1019-1034; 1058-1066; 1094-1103 - C.I.C.

Catholica pars de poena can. 2319 § 1. n. 1. 2 et 3 moneatur.

Datum ex Nostrae Apost. Nuntiaturae Residentia Rigensi die, mense et anno quo supra.

+ Antoninus Zecchini
Apostolicus Nuntius etc.

Nota. Catholica pars moneatur de can. 2319 § 1. nn. 1. 2. et 3. - et ante dispensationis applicationem, si taxa non est condonatae, exigatur.

NUNZIATURA APOSTOLICA DI LETTONIA

Admodum Reverendo Domino
D. Henrico Werling
Administratori paroeciali
Derpatensi.

18.04.1930



STUSAKT

Tartu 16 Dezember
1929

Beim Eingehen unsrer Ehe versprechen wir
{ Anna Guß, Thomas Guß Tochter, katholisch
{ Martin Päll, Alexander's Päll Sohn, evangelisch,
daß alle Kinder, die Gott uns schenken möge, im katholischen Glauben getauft und erzogen werden, und daß der katholischen Ehehälfte von Seiten des Mannes niemals Hindernisse im Leben nach ihrem katholischen Glauben gemacht werden sollen.

Martin Päll
Anni Guss

Zeugen: A. Guss (= mater sponsae)
A. Goelfner (organista noster)

Hwerling administrator parochialis

16.12.1929



111

NUNZIATURA APOSTOLICA
DI LETTONIA

RIGA, 31 decembris 1929.

No. 1005

OGGETTO:

Decretum.

Visis commendaticiis litteris A. R. D. Administratoris paroecialis Dorpatensis N. I/10. d. 17 decembris 1929 apostolica auctoritate dispensamus ab impedimento mixtae religionis catholicam Annam Guss, filiam Thomae et Annae n. Klavinska etc. uti in petitione ut matrimonium contrahere possit cum acatholico Martino Päll, filio Alexandri et Juliae n. Lönke etc. ut ibidem, servatis omnibus de iure servandis praesertim iis quae habentur in capp. 1. 3. et 6. tit. 7 libri 3. C. I. C.
Datum ex Nostrae Apostolicae Nuntiaturae Residentia Rigensi die, mense et anno quo supra.

Antoninus Zecchini
Apostolicus Nuntius, etc.

NUNZIATURA APOSTOLICA DI LETTONIA

Nota: Catholica pars moneatur de poena can. 2319. §. 1. nn. 1. 2. et 3.

Admodum Reverendo Domino
D. Henrico Werling
Administratori paroeciali Dorpatensi.

31.12.1929



ad M. 7.

Convalidatio matrimonii Ladusiew-Gedwitz

Przy konwalidacyi naszego ślubu przez proboszcza H. Werlinga, z dispenzacyą arcybiskupa, przyrzekamy jako przed Bogiem wszystkie swoje dzieci wychować w religii katolickiej.

Dorpat, w kościele katolickim
31 Maja 1925

С. Ладусева Гедвиджа
Иванъ Ладусевъ

Testes fuerunt:
Constantinus Smorkowski
Stefanja Goebfner

H. Werling proboszcz

SIGILLUM ECCLESIAE PAROCHIALIS DORPATENSIS

31.05.1925

46



Internunziatura Apostolica
— Lettonia. —

N. 482.

Visis litteris commendatiuis A. R. D. Administratoris parochialis Dorpatensis auctoritate apostolica dispensamus ab impedimento mixtae religionis Carolum Cibulski catholicum etc. uti in supplici libello ad Nos dato die 24 maii 1927. N. 7. ut matrimonium contrahere possit cum Alide Külm acatholica, servatis ad unguem omnibus de iure servandis, praesertim quae in cap. 3. tit. 7. lib. 3 C. I. C. habentur.

Datum ex Nostra Internuntiaturae Apost. Rigensi Residentia die 26 maii 1927

+ Antoninus Zacheini
Apostolicus Internuntius etc.

Adm. Rev. Domino
D. H. Werling
Admin. parochiali
Dorpatii.

N.B. propter aeris intemperiem non apparuerunt, sed contraxerunt coram ministro Aukerano (in Nõõ?)

26.05.1927



DELEGAZIONE APOSTOLICA
DELLA
LITUANIA LETTONIA ESTONIA

Matsuno. Ladusew 7

N. 55.

Riga 6 maii 1925.

Admodum Reverende Domine

Concedo dispensationem pro eo qui testimonium baptismi afferre non potest. Nominis non memini,x) quia epistola tua ad R. D. Auditorem, ni fallor, Kaunae mansit; rogo propterea ut adnotes in tuis Registris hanc dispensationem.

Quando veniam ad te, rogabo ut exemplar huius dispensationis cum nomine etc. dispensati paratum mihi dandum habeas.

Permitto quoque ut quamprimum quis ex his Rigensibus Sacerdotibus plures linguas callens ad te veniat pro confessionibus, prouti scripsisti ad Mons. Stukels.

DELEGATUS APOSTOLICUS LITHUANIAE LETTONIAE ESTONIAE

+ Antoninus Zuchini
Delegatus Apostolicus.

x) Ladusew.

9

6.05.1925

6

DELEGAZIONE APOSTOLICA
DELLA
LITUANIA LETTONIA ESTONIA

Kaunas, 7 aprilis 1925

N.° 13.

Revdo Dno Henrico Werling

Administratori paroch.

Dorpat.

Prouti litt. 2 aprilis 1925 N.° 10. postulasti, facultatem tibi facimus convalidandi sex matrimonia mixta, quae invalida sunt propter defectum formae, et quidem matrimonia:

1. Dolf - Borewicz, in Dorpat,
2. Ladusiew - Gedwitz, in Dorpat,
3. Mihaloff - Jakubaitis, in Petseri,
4. Karczynoff - n ....., in Petseri, (in Rossiam abierunt)
5. Skarsztan - n ....., in Pernau,
6. Podomski - Brandt, in Pernau,

ea tamen conditione, ut nomine quae deficiunt cum certitudine suppleantur, et testimonia baptismi, et quae alia a legibus ecclesiasticis in casu exiguntur, praesto sint.

Peracta convalidatione, elenchus partium erit huc transmittendus undequaque completus.

Kauna, ex Residentia Delegationis Apost.

+ Antoninus Zecchini
Archiepus Myrensis - Apostolicus Delegatus

DELEGATUS APOSTOLICUS LITHUANIAE, LETTONIAE ESTONIAE

7.04.1925

INTERNUNZIATURA APOSTOLICA
DI LETTONIA

№ 912.

OGGETTO:

RIGA, 21 Septembris 1929.

Decretum.

Hisce conceditur dispensatio ab impedimento mixtae religionis Jaan Macrolis catholico, Dorpatensi paroeciano, viduo, ut possit legitimum matrimonium contrahere cum Alvina Helena vidua Jaani Süder et quidem conditionate, si hac scil. a Iure Canonico requisita promittit et servare vult (iuxta petitionem I. 7. 4/9 29.)

Si matrimonium reapse locum habuerit, necessaria quae deficiunt documenta suppleri, ac de contracto matrimonio notitia huc, ut in tabulario asserventur, transmitti debent.

Datum ex Nostra Nuntiaturae Apost. Rigensi Residentia die, mense et anno quo supra.

+ Antoninus Zecchini
Apost. Nuntius.

Adm. R. Domino
Dno Henrico Werling
Admin. paroeciali
Dorpati.

21.09.1929

Internunziatura Apostolica
— Lettonia. —

N. 727.

Venerabili Officio Administrationis
parocialis Dorpatensi.

Ad petitionem istius venerabilis Officii parocialis per acta N. I. 11. duarum sanationum matrimoniorum in radice, auctoritate apostolica concedimus, ut matrimonia

Constantini Dubsko catholici cum Antonina Rosanoff acatholica et

Barbarae Kupidlowska catholicae cum Leone Remt acatholico

in radice sanari possint. Attamen cum haec matrimonia nulla sint ob non servatam formam in casu mixtae religionis et pars acatholica induci non possit ad renovandum consensum iuxta leges Ecclesiae, haec sanatio in radice dari non poterit nisi assumptis a parte fideli obligationibus curandi pro viribus conversionem coniugis et educationem prolis in fide catholica, concessa eidem absolutione a censuris, quia coram acatholico matrimonium attentavit, ipsaque monita de gravi patrato scelere atque de sanationis effectu.

Rescripti huiusmodi sanationis exemplar unum apud istud Officium parocciale (alterum ad infrascriptum mittendum) diligenter custodiatur, quo omni tempore et eventu de matrimonii validitate et de prolis legitimatione constare possit.

Datum ex Residentia Apostolicae Internuntiaturae Rigensi die 22 augusti 1928.

+ Antoninus Zecchini
Apostolicus Internuntius etc.

INTERNUNZIATURA APOSTOLICA LETTONIA.

22.08.1928

87 a

(Copia)

Actum in Fellin (Viljandi, Estoniae) die 9 Novembris 1928.

(Sanatio in radice.)

Vi dispensationis datae ab Excellentissimo Internuntio Lettoniae RR^mo Archieppo Antonino Zecchini die 22 Augusti 1928 (No. 727) parochus administrator Dorpatensis Henricus Werling die 9 Novembris 1928 absolvit ab excommunicatione suam parochianam, in Fellin habitantem, Barbaram Kupidlowski; quae nata 28 Aprilis 1897 in Zochów et baptizata in parochia catholica Kamionka territorii Lublinensis, legitima filia Josephi K. et Mariannae natae Chojnacki, – contraxerat matrimonium 1917 civiliter, et 1918 coram ministro lutherano, in Pensa (Rossiae) cum Leone Victore Runt; quii filius Jakobi et Annae natae Kütt natus est in Kodaküla (territorii Fellinensis) 12 februarii 1883 et baptizatus in eccl. lutherana S. Pauli in Fellin (estoniae Viljandi). Conatus adducendi virum ad renovandum consensum secundum leges Ecclesiae frustra erant. Vi dispensationis S. Sedis (ut supra) declaratum est matrimonium „sanatum in radice," ab hac die validum coram Ecclesia. Barbara serio promisit pro possibilitate curare (catholicam) educationem unici filii adhuc minorennis baptizati lutheranice.

Tartu (Dorpat) 23 Nov. 1928

H. Werling parochus administrator

SIGILLUM ECCLESIAE PAROCHIALIS DORPATENSIS

N. Originale missum ad RR^mum Internuntium. –

(4 dec. 1928)

9.11.1928

Conformat... ab Excellentia Sua Internuntio Lettoniae ...



297 Copia. 27

Tartu 13 Augusti 1926

1926 Nr. 21.

Reverendissime et Excellentissime Domine!

Parochus administrator ecclesiae Tarbetensis, pro pastorali sollicitudine petit humiliter facultatem convalidandi in sua parochia matrimonia ex defectu formae invalida qualia non raro inveniuntur; et quidem pro quinque casibus. Ea utique conditione ut certo antea constet, alia impedimenta non adesse, et ut omnia de jure implenda impleantur.

Excellentiae Vestrae Servus in Christo

Hwerling, parochus administrator.

N. 298.

Excellentiae Suae Internuntio, R.R.D. archiepp. A. Zecchini

Conceditur facultas ut supra petita et insuper addita conditione, ut ad Apostolicam Internuntiaturam mittantur cum nominibus personarum nupturientium omnia requisita in praecedenti quadam instructione in similibus casibus data.

Dorpatii 15 Augusti 1926.

+ Antonius Zecchini
Apostolicus Internuntius etc.

13.08.1926



1928 Die Dominica, 24 Junii,
Confirmati in Pernavia (Pärnu) in festo S. Joannis Baptistae
ab Excellentia Sua Internuntio Lettoniae Archiepp. Antonino Zecchini.

Patrinus (Mathina)

32

INTERNUNZIATURA APOSTOLICA
— LETTONIA. —

N. 362.

Ad N. 23. d. 23 Novembris respondetur. Suppleantur quae desunt secundum instructionem datam mense Martio, quae Instructio in petitione exstetur cum N. et designatione diei et mensis huius anni pro Matrimonio contrahendo ab Emma Davidonis catholica cum Hermanno Matsent et mittatur ad supra scriptum.
Datum ex Residentia Internuntiaturae Apostolicae Rigensis die 24 Novemb. 1926

+ Antoninus Zecchini
Archiepp.

Rev. Domino Administratori
Parochiali
Tartu.

24..11.1926



1928, die Dominica, 24 Junii,
Confirmati in Pernavia (Pärnu) in festo S. Joannis Baptistae
ab Excellentia Sua Internuntio Lettoniae Archiepp. Antonino Zecchini.

DELEGAZIONE APOSTOLICA
DELLA
LITUANIA LETTONIA ESTONIA

18

N. 188

Auctoritate Apostolica dispensamus ab impedimento mixtae religionis Genovefam Tolstykow, catholicam, caelibem aetatis 23 annorum, ut matrimonium contrahere possit cum Petro Feodorow, acatholico 29 annorum, modo constet nullo alio impedimento eos irretitos esse atque servatis ad unguem omnibus de iure servandis praesertim iis, quae habentur in cap. 3. tit. 7. libr. 3. C. I. C.

Datum Rigae 23 martii 1926.

+ Antoninus Zecchini
Archiepus – Apostolicus Delegatus.

DELEGATUS APOSTOLICUS LITHUANIAE LETTONIAE ESTONIAE

Nota 1. Cautiones requisitae ex iure in scriptis ab utraque parte exigantur atque si prorsus pauperes non sunt, taxa erit quae indicata fuit in N. 11 (147) d. 11 ianuarii 1926.

2. Designatio personarum est prorsus manca in petitione. Oportet addere an legitimi sint et nomina parentum, quae designatio distinguet forte personas eiusdem nominis et cognominis. Quae omnia, si Matrimonium inibunt supra dicti, suppleri debent

R. D. H. Werling
Admin. Parociali
Tartu

./.

Dorpati.

23.04.1926



1925 ~~ad N.~~ lamschewski

(Sihtasutuse nimetus) TARTU

TELEGRAMM.

Vastu võetud 22.VIII.5 192 a. kell 19.1

Tta № 63 ...

(Töötav asutus) tähiku ja juhe Nr.

Allkiri OVus

= katoliku kiriku preister tartu =

riga 10602 9 22/8 18 10=

(Lähtekoht)

Liik	Sõnu	Telegraafile antud
		...../....., kell ...../..... m.

Ametmärkused:

dispenso schultz lamschewsky = delegatus zecchini

Posti Peavalitsus. Vorm Nr. 131.

22.08.1928?